Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30328
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

honor est in homine qui separat a contencione
Spes que differtur affligit animam
Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui ne forte odiat te
nimia familiaritas
Ubi fuit frugalitas ibi est contumelia ubi autem humilitas
ibi est sapiencia
Melius est buccella panis cum gaudio quam domus plena
cum victimis cum iurgio
In multiloquio peccatum non deest / qui autem moderat labia sapiens est
Tolle vestimentum eius qui fideiussor est / et ab extraneo auferre pignus
Noli auidus esse in crapula / quia multi eum esse non decet iniquitas
Propter crapulam multi perierunt / qui autem tenet saluabitur
Amico fideli nulla est comparacio et non est ei condigna
ponderatio auri et argenti / Auarus non implebitur
pecunia / et qui amat diuicias non capiet fructum ex eis
Fili mi in iuuentute accipe doctrinam et usque ad senectam inuenies
Sorte est homini ab adolescencia procedere iugum domini
Cum obstinatis loquitur parum et dicit eis sublimiter iustitiam
In studiis suis intelligitur puer si munda et recta sunt opera eius
Luxus et multitudo feminarum est / vas autem prosunt labia sua
Qui custodit os suum et linguam suam / custodit ab angustiis animam suam
Qui parat sibi infideli tempore angustie / amittit pallium in die
Cor duplex male habebit in nouissimo // frigoris
Et qui amat periculum in illo peribit
Stultus verba multiplicat
De ore tuo / rex est puer / et qui principes mane comedunt
Beata terra cui rex nobilis est cuique principes vestri tempore suo
ad reficiendum et non ad luxuriandum
~~Posse sapiam~~ Posside sapiam quia auro melior est